And Palaccus writes to the same effect: 'Dicamus ergo Eminētissimorum Cardinalium Congregationem non prohibuisse terræ motum, adeo ut nulli liceret cæli difficultates exponere supposito terræ motu, dummodo is qui explicat clare ostendat se non illâ hypothesi ut verâ niti, sed tantum ex falso principio procedere ut rem melius aperiat, eo fere modo quo theologi plurima theologica explicant, dum aiunt, supponamus Deum non esse Infinitum, vel Justum, et sic de ceteris; vel quod idem est, si per impossibile Deus non esset Infinitus, vel Justus, et cetera, id vel illud sequeretur' (*Anticopernicus Catholicus Assert.* ix. p. 5).

Plainly, the state of the case was this: To use the distinction so clearly explained by Professor de Morgan,* a Catholic might argue as much as he pleased in behalf of *mathematical*, but not at all in behalf of *physical*, Copernicanism. That is, he might show that if the earth rotated on its axis and about the sun, the heavenly appearances would be as they are; and he might use the supposition of such movements for astronomical calculations; and he might, of course, point out the weakness of this or that anticopernican objection. But anything beyond this, any attempt to show that there were facts nothing but the earth's motion could explain; anything, in

* See 'Notes on the Antegalilean Copernicans' (*Comp. to the Almanack for 1855*, pp. 1, 2): 'Every person,' remarks the professor, 'who knows the heavenly motions as they appear before our eyes, and has a little knowledge of geometry, must be a mathematical Copernican. He cannot fail to see that a Copernican universe would show the same appearances as that in which he lives.' It is not so wonderful that the authorities did not forbid men to study mathematics and astronomy. Yet Dr. Ward ascribes it to a special interposition of Providence (p. 183).

short, that implied a belief that the reason why things appear as they would if the earth moved, is that it does move, was directly in defiance of Rome's decision, and, according to the judgment of 1633, constituted matter for prosecution on suspicion of heresy.

Lastly, Dr. Ward (p. 172) quietly takes for granted that the decision of 1633 was purely personal to Galileo, and concerned no one else. How completely at variance with the truth is this notion, we have already seen.

M. l'Épinois' extracts have shown us that both before and after it was pronounced, the Pope himself expressly commanded the Congregation to publish the sentence, that all, and particularly those whose pursuits would bring them across the question at issue, might know how it had been decided. And from the same source we learn how thoroughly the order was obeyed.

The minutes of the process record letters acknowledging the receipt or publication of the sentence, from Ferrara, Vienne, Aquila, Florence, Perosa, Coma, Pavia, Padua, Sienna, Faenza, Milan, Crema, Cremona, Reggio; from the Nuncio Apostolic in France, from the Nuncio Apostolic at Brussels, from the Nuncio at Madrid, from the Rector of the University of Douai, and others (see 'Extraits du MS. Vatican,' *R. des Quest. Hist.* vol. iii. p. 169).

Further, the sentence itself testifies to its general scope: 'Ne autem tuus iste *gravis et perniciosus error* ac transgressio remaneat omnino impunitus, *et sis in exemplum aliis, ut abstineant ab hujusmodi delictis.*' And so do the letters of publication: 'Come vostra Reverenza,' writes the Cardinal of S. Onofrio to the Inquisitor-General at Venice, 'vedrà dall' allegata copia della sentenza ed abjura, che se le manda, affinché la notificchi a' suoi Vicari, e se ne abbia notizia da essi e da tutti i professori di filosofia e di matematica, perchè sapendo egliino si che modo si è trattato il detto Galileo, comprendano la gravità dell' errore da lui commesso, per evitarlo insieme con la pena, che, cadendovi, sarebbero per ricevere.'

'Atque hoc,' writes the Nuncio Apostolic in Belgium to Jansenius, Rector of the University of Louvain, 'Academiis Belgicis significari prædicta Sacra Congregatio voluit, ut huic

veritati se conformare omnes velint. Ideo cæteros quoque ipsius Universitatis Professores a dominatione tua de hoc admoneri cupimus.*

Indisputably, then, the sentence of 1633 was a decision on a matter pertaining to doctrine put forth by a Pontifical Congregation; and therefore, according to the Munich Brief, was obligatory on all.†

To conclude. Among the things which the history of Galileo's case incontrovertibly teaches are these:

1. Rome—*i. e.* a Pontifical Congregation informed by the

* *Opere*, vol. ix. p. 473.

† And that it was received by many as the voice of the Church, as a Pontifical decree, is certain. 'An supradicta propositio,' asks Polaccus, 'quæ opinatur et tuetur terram mobilem esse, cælos vero immobiles, sit hæretica, maxime post abjuratorem factam Romæ à Galileo. . . . Sic modo Ecclesia se gessit, Sacræ Scripturæ loca, scilicet pro immobilitate terræ et cælorum immobilitate, quæ aliter absque hæresi adhuc a quibusdam interpretabantur, suâ auctoritate ita confirmando, ut de illis amplius homini Christiano dubitare citra hæresim minime liceat' (*Anticopernicus Catholicus*, pp. 64, 65).

'Vides,' says the Jesuit Cazræus to Gassendi, 'igitur quam ista periculose in publicum divulgentur, et a viris præsertim qui suâ auctoritate fidem facere videantur; et quam non immerito jam inde a Copernici tempore Ecclesia semper huic se errori opposuerit; eumque etiam novissime non Cardinales tantum aliqui, ut ais, sed supremum Ecclesiæ caput Pontificio decreto in Galileo damnaverit, et ut ne in posterum verbo aut scripto doceretur, sanctissime prohibuerit' (quoted by Gassendi in his letter, 'De Proportionibus qua gravia decedentia accelerantur' (Gassendi, *Opera*, tom. iii. p. 582).

'In argumento præsertim,' remarks Scipio Claramontius in his *Antiphilolous*, 'et errore qui nedum philosophiæ, sed etiam pietati jam adversatur, geometricam et demonstrativam veritatem tribuit positioni ab Ecclesia Pontificio decreto damnatæ. Si vera est damnata positio, sanctio quæ ut falsam damnat ipsa falsa erit' (p. 3). And again: 'Tertium caput propositorum restat, repugnare scilicet opinionem positionemque sacris literis, tantum abesse, ut illi faveant veluti dicebat Keplerus. Satis sane est Catholicis decretum Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ ad agnoscendam positionis falsitatem, cum edicto ipsa caverit ne quis amplius positioni Copernici tanquam veræ adhareat. Loca sunt in Sacra Scriptura quæ terram immobilem, cælum mobile faciant, quodque amplius est ex ejus interpretatione, cui vera sensa patent Scripturarum. Spiritus enim prophetarum subditus est prophetis' (p. 187).

And observe the tone Viviani, Galileo's disciple and enthusiastic admirer, found he must adopt in writing of the matter:

'Ma essendo già il Sig. Galileo, per l'altre sue ammirabili speculazioni, con immortal fama fino al cielo innalzato, e con tante novità acquistatosi tra gli uomini del divino, permesse l'Eterna Provvidenza ch'ei dimostrasse l'umanità sua con l'errare, mentre, nella discussione dei due Sistemi, si dimostrò più aderente all'ipotesi Copernicana, già dannata da Santa Chiesa come repugnante alla Divina Scriptura' (*Vita di Galileo da Viviani*).

On which Professor Albèri remarks, 'Le parole che il Viviani si è qui creduto in obbligo di usare, parlando della condanna di Galileo, valgono più di un lungo ragionamento a rappresentarci la condizione dei tempi in cui quel fatto si consumava' (*Opere di G. G.* vol. xv. p. 352).

Pope—may put forth a decision scientifically false and doctrinally erroneous.

2. It does not follow from the Church's having been informed that the Pope has ordered a Catholic to abandon an opinion altogether as indefensible and untenable, that the opinion may not be true and sound.

3. The Pope may call upon a Catholic to give unreserved assent to a judgment doctrinally erroneous.

4. The Pope may command a Pontifical Congregation to promulgate, as a portion of the teaching of the Holy Catholic and Apostolic Roman Church, that which is scientifically false and doctrinally erroneous.

5. The true interpretation of our Lord's promises to St. Peter permits us to say, that a Pope may, when acting officially, confirm his brethren the Cardinals* in an error touching the matter of faith, and use his authority as Pope to indoctrinate the Church with a false opinion respecting Holy Scripture.

6. It is not always for the good of the Church that Catholics should think as Rome does, even on a point of doctrine.

Are not these propositions anti-Ultramontane? If they are, can it be denied that the theory is as certainly false as it is true that the earth moves?

* 'Qui tanquam Sanctæ R. Ecclesiæ nobilissima membra capiti propriis coherentia, eidem Summo Pontifici, sicut Christo Domino Apostoli, semper assistunt, quique primi laborum et consiliorum socii sunt et participes' ('Immensa æterni Dei,' Cher. Bull. vol. ii. p. 667). 'Qui vere sunt sal terræ ac lucernæ positæ super candelabrum, ut inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et lepram discernant, ac doctrinæ opportunitate et veritate, infirma confirmant, disrupta consolidant, depravata convertant, luceant omnibus qui in domo Domini habitant, ac primæ hinc Sedi assistentes cunctos pastores, dum in gravioribus negotiis eandem Sedem consulunt, ejusve opem implorant, suo judicio, consilio et auctoritate instruere, dirigere, ac docere, non cessent' ('Postquam verus,' Bull. vol. ii. p. 609).

'Eorum autem,' says Fagnanus, 'decisioni necessario parendum esse aperte ostendunt subsequentia verba, et facies quæcumque dixerint sequerisque eorum sententiam, &c. Hinc Cardinalis Paleot. de Sacri Consistorii Consult. pars v. q. 10, dixit Congregationes Cardinalium quas Summi Pontifices et præsertim Sixtus V. ad causarum difficultates ipsius auctoritate cognoscendas et definiendas instituerint, esse tanquam filias Consistorii ab eo veluti fonte permanentes. Et quemadmodum sol non solum ipse luet, verum etiam stellis lumen impertitur, quo et cælum ornavit et illuminant orbem universum, sic Summum Pontificem, non suis decretis modo Ecclesiam per seipsum docere et moderari, verum etiam ita Cardinales suâ tum auctoritate fulcire, tum potestate augere, ut societatis laboribus facile omnes difficultatum nodos dissolvant' (*Const. c. Quoniam*, tom. i. p. 132).

APPENDIX A.

SENTENTIA TRIBUNALIS INQUISITIONIS IN GALILÆUM, ET
 ABJURATIO EJUSDEM, EX RICCIOLI
 (Almagesto Novo, tom. ii. p. 497).

Nos Gaspar, tituli S. Crucis Hierosolymæ, Borgia.
Frater Felix Centinus, tituli S. Anastasiæ, dictus de Asculo.
Guidus, tituli S. Mariæ Populi, Bentivolus.
Frater Desiderius Scaglia, tituli S. Caroli, dictus de Cremona.
Frater Antonius Barberinus, dictus S. Onuphrii.
Laudivivus Zacchia, tituli S. Petri in Vinculis, dictus S.
Sixti.
Berlingerius, tituli S. Augustini, Gypsius.
Fabricius, S. Laurentii in pane et perna, Verospius, dictus
Presbyter.
Franciscus, S. Laurentii in Damaso, Barberinus.
Martius S. Mariæ Novæ Ginettus, Diaconi.

Per misericordiam Dei Sanctæ Rom. Eccl. Cardinales, in universa Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Inquisitores-Generales a Sancta Sede Apostolica specialiter deputati.

Cum tu Galilæe, filii quondam Vincentii Galilæi, Florentini, ætatis tuæ annorum 70, denunciatus fueris anno 1615, in hoc S. Officio, quod teneres tanquam veram falsam doctrinam a multis traditam, solem videlicet esse in centro mundi et immobilem, et terram moveri motu etiam diurno; item quod haberes quosdam discipulos, quos docebas eandem doctrinam; item quod circa eandem servares correspondentiam cum quibusdam Germaniæ mathematicis; item quod in lucem dedisses quasdam epistolas inscriptas de maculis solaribus, in quibus explicabas eandem doctrinam, tanquam veram, et quod objectionibus, quæ identidem fiebant contra te, sumptis ex Sacra Scriptura, respondebas glossando dictam Scripturam juxta tuum sensum; cumque deinceps coram exhibitum fuerit exemplar scriptionis in forma epistolæ, quæ perhibebatur a te

scripta ad quemdam discipulum olim tuum, et in ea sectatus Copernici hypotheses, continens nonnullas propositiones contra verum sensum et auctoritatem Sacræ Scripturæ.

Volens proinde hoc Sacrum Tribunal prospicere inconvenientibus ac damnis quæ hinc proveniebant, et increbrescebant in perniciem Sanctæ Fidei: De mandato Domini Nostri et Eminentissimorum DD. Cardinalium hujus supremæ ac universalis Inquisitionis, a Qualificatoribus Theologis qualificatæ fuerunt duæ propositiones de stabilitate solis et de motu terræ, ut infra;—

Solem esse in centro mundi, et immobilem motu locali, est propositio absurda, et falsa in philosophia, et formaliter hæretica, quia est expresse contraria Sacræ Scripturæ.

Terram non esse centrum mundi, nec immobilem, sed moveri motu etiam diurno, est item propositio absurda, et falsa in philosophia, et theologice considerata, ad minus erronea in fide.

Sed cum placeret interim tum nobis tecum benigne procedere, decretum fuit in Sacra Congregatione, habita coram Domino Nostro die 25 Februarii, anni 1616, ut Eminentissimus D. Card. Bellarminus tibi injungeret ut omnino recederes a prædicta falsa doctrina, et recusanti tibi a commissario S. Officii præciperetur, ut desereres dictam doctrinam, neve illam posses alios docere, nec defendere, nec de illa tractare; cui præcepto si non acquiesceres, conjicere in carcerem. Et ad executionem ejusdem decreti, die sequenti in palatio coram supradicto Eminentissimo D. Cardinali Bellarmino, postquam ab eodem D. Cardinali benigne admonitus fueras, tibi a D. Commissario Sancti Officii eo tempore fungente præceptum fuit, præsentibus notario et testibus, ut omnino desisteres a dicta falsa opinione, et ut in posterum non liceret tibi eam defendere, aut docere quovis modo, neque voce, neque scriptis; cumque promisisses obedientiam, dimissus fuisti.

Et ut prorsus tolleretur tam perniciosa doctrina, neque ulterius serperet in grave detrimentum Catholicæ veritatis, emanavit decretum a Sacra Congregatione Indicis, quo fuerunt prohibiti libri qui tractant de hujusmodi doctrina; et ea declarata fuit falsa, et omnino contraria Sacræ ac Divinæ Scripturæ.

Cumque postremo comparuisset hic liber Florentiæ editus

anno proxime præterito, cujus inscriptio ostendebat te illius authorem esse, siquidem titulus erat *Dialogo di Galileo-Galilei, delle due massimi Sistemi del Mondo, Tolemaico e Copernicano*, cum simul cognovisset Sacra Congregatio ex impressione prædicti libri convalescere in dies magis magisque falsam opinionem de motu terræ et stabilitate solis, fuit prædictus liber diligenter consideratus, et in ipso deprehensa est aperte transgressio prædicti præcepti, quod tibi intimatum fuerat; eo quod tu in eodem libro defendisses prædictam opinionem jam damnatam, et coram te pro tali declaratam, siquidem in dicto libro variis circumvolutionibus satagis ut persuadeas, eam a te relinqui tanquam indecisam et expresse probabilem, qui pariter est gravissimus error, cum nullo modo probabilis esse possit opinio quæ jam declarata ac definita fuerit contraria Scripturæ divinæ.

Quapropter de nostro mandato evocatus es ad hoc Sanctum Officium, in quo examinatus cum juramento agnovisti dictum librum, tanquam a te conscriptum, et typis commissum. Item confessus es decem aut duodecim circiter ab hinc annis, postquam tibi factum fuerat præceptum ut supra, cœptum a te scribi dictum librum. Item quod petiisti licentiam illum evulgandi, non significans tamen illis, qui tibi talem facultatem dederunt, tibi præceptum fuisse, ne teneres, defenderes, doceresve quovis modo talem doctrinam.

Confessus es pariter scripturam prædicti libri pluribus in locis ita compositam esse, ut lector existimare possit argumenta ducta pro parte falsa, esse ita enunciata, ut potius præ illorum efficacia possent adstringere intellectum, quam facile dissolvi; excusans te, quod incurreris in errorem adeo (ut dixisti) alienum a tua intentione, eo quod scripseris in formam dialogi, et propter naturalem complacentiam quam quilibet habet de propriis subtilitatibus, et in ostendendo se magis argutum quam sint communiter homines in inveniando, etiam ad favorem propositionum falsarum ingeniosos, et apparentis probabilitatis discursus.

Et cum adsignatus tibi fuisset terminus conveniens ad tui defensionem faciendam, protulisti testificationem ex autographo Eminentissimi Domini Cardinalis Bellarmini a te, ut dicebas, procuratam ut te defenderes a calumniis inimicorum

tuorum, qui dicitabant te abjurasse et punitum fuisse a Sancto Officio: in qua testificatione dicitur te non abjurasse, neque punitum fuisse, sed tantummodo denuntiatam tibi fuisse declarationem factam a Domino nostro, et promulgatam a Sacra Congregatione Indicis, in qua continetur doctrinam de motu terræ et stabilitate Solis contrariam esse Sacris Scripturis, ideoque defendi non posse nec teneri. Quare cum ibi mentio non fiat duarum particularum præcepti, videlicet *docere et quovis modo*, credendum est, in decursu quatuordecim aut sexdecim annorum eas tibi e memoria excidisse, et ob hanc ipsam causam te tacuisse præceptum, quando petiisti facultatem librum typis mandandi, et hoc a te dici non ad excusandum errorem, sed ut adscriberetur vanæ ambitioni potius quam malitiæ. Sed hæc ipsa testificatio producta ad tui defensionem, tuam causam magis aggravavit, siquidem in ea dicitur prædictam opinionem esse contrariam Sacræ Scripturæ, et tamen ausus es de illa tractare, eam defendere, et persuadere tanquam probabilem. Neque tibi suffragatur facultas a te artificiose et callide extorta, cum non manifesta-veris præceptum tibi impositum.

Cum vero nobis videretur non esse a te integram veritatem pronuntiatam circa tuam intentionem, indicavimus necesse esse venire ad rigorosum examen tui, in quo (absque præiudicio aliquo eorum, quæ tu confessus es, et quæ contra te deducta sunt supra circa dictam tuam intentionem) respondisti Catholice. Quapropter visis et mature consideratis meritis istius tuæ causæ, una cum supradictis tuis confessionibus et excusationibus, et quibusvis aliis rebus de jure videndis et considerandis, devenimus contra te ad infrascriptam definitivam sententiam.

Invocato igitur Sanctissimo Nomine Domini Nostri Jesu Christi, et ipsius gloriosissimæ Matris semper Virginis Mariæ, per hanc nostram definitivam sententiam, quam sedendo pro tribunali, de consilio et iudicio reverendorum magistrorum sacræ theologiæ, et juris utriusque doctorum nostrorum consultorum proferimus in his scriptis circa causam et causas coram nobis controversas, inter Magnificum Carolum Sincerum utriusque juris doctorem Sancti hujus Officii fiscalem procuratorem ex una parte, et te Galilæum-Galilæi reum hic

de præsentì processionali scriptura inquisitum, examinatum, et confessum, ut supra, ex altera, dicimus, judicamus, et declaramus te Galilæum supradictum, ob ea, quæ deducta sunt in processu scripturæ, et quæ tu confessus es ut supra, te ipsum reddidisse huic S. Officio vehementer suspectum de hæresi, hoc est quod credideris et tenueris doctrinam falsam et contrariam Sacris ac Divinis Scripturis, solem videlicet esse centrum orbis terræ, et eum non moveri ab oriente ad occidentem, et terram moveri, nec esse centrum mundi, et posse teneri ac defendi tanquam probabilem opinionem aliquam, postquam declarata ac definita fuerit contraria Sacræ Scripturæ; et consequenter te incurrisse omnes censuras et pœnas a sacris canonibus et aliis constitutionibus generalibus et particularibus contra hujusmodi delinquentes statutis et promulgatis: A quibus placet nobis ut absolvaris, dummodo prius corde sincero et fide non ficta coram nobis abjures, maledicas et detesteris supradictos errores et hæreses, et quemcunque alium errorem et hæresim contrariam Catholicæ et Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ea formula quæ tibi a nobis exhibetur.

Ne autem tuus iste gravis et perniciosus error ac transgressio remaneat omnino impunitus, et tu in posterum cautior evadas, et sis in exemplum aliis ut abstineat ab hujusmodi delictis, decernimus ut per publicum edictum prohibeatur liber Dialogorum Galilæi; te autem damnamus ad formalem carcerem hujus Sancti Officii ad tempus arbitrio nostro limitandum; et titulo pœnitentiæ salutaris præcipimus, ut tribus annis futuris recites semel in hebdomada septem Psalmos pœnitentiales, reservantes nobis potestatem moderandi, mutandi, aut tollendi omnino vel ex parte supradictas pœnas et pœnitentias.

Et ita dicimus, pronunciamus, ac per sententiam declaramus, statuimus, damnamus, et reservamus hoc, et omni alio meliori modo et formula qua de jure possumus ac debemus.

Ita pronunciamus Nos Cardinales infrascripti.

<i>F. Cardinalis de Asculo.</i>	<i>B. Cardinalis Gypsius.</i>
<i>G. Cardinalis Bentivolus.</i>	<i>F. Cardinalis Verospius.</i>
<i>F. Cardinalis de Cremona.</i>	<i>M. Cardinalis Ginettus.</i>
<i>Fr. Antonius Cardinalis S. Onuphrii.</i>	

ABJURATIO GALILÆI.

Ego Galilæus Galilæi, filius quondam Vincentii Galilæi, Florentinus, ætatis meæ annorum 70, constitutus personaliter in judicio, et genuflexus coram vobis eminentissimis et reverendissimis Dominis Cardinalibus universæ Christianæ Reipublicæ contra hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, habens ante oculos meos Sacrosancta Evangelia, quæ tango propriis manibus, juro me semper credidisse, et nunc credere, et Deo adjuvante in posterum crediturum omne id quod tenet, prædicat, et docet Sancta Catholica et Apostolica Romana Ecclesia. Sed quia ab hoc Sancto Officio, eo quod postquam mihi cum præcepto fuerat ab eodem juridice injunctum, ut omnino desererem falsam opinionem quæ tenet solem esse centrum mundi et immobilem, et terram non esse centrum et moveri; nec possem tenere, defendere aut docere quovis modo prædictam falsam doctrinam; et postquam mihi notificatum fuerat prædictam doctrinam repugnantem esse Sacræ Scripturæ; scripsi et typis mandavi librum in quo eandem doctrinam jam damnatam tracto, et adduco rationes cum magna efficacia in favorem ipsius, non afferendo ullam solutionem; idcirco judicatus sum vehementer suspectus de hæresi, videlicet, quod tenerim et crediderim solem esse centrum mundi et immobilem, et terram non esse centrum ac moveri.

Idcirco volens ego eximere a mentibus Eminentiarum Vestrarum, et cujuscunque Christiani Catholici, vehementem hanc suspicionem adversum me jure conceptam, corde sincero et fide non ficta abjuro, maledico, et detestor supradictos errores et hæreses, et generaliter quemcunque alium errorem et sectam contrariam supradictæ Sanctæ Ecclesiæ, et juro me in posterum nunquam amplius dicturum aut asserturum voce aut scripto quidquam propter quod possit haberi de me similis suspicio; sed si cognovero aliquem hæreticum, aut suspectum de hæresi, denunciaturum illum huic Sancto Officio, aut Inquisitori, et Ordinario loci in quo fuero. Juro insuper ac promitto me impleturum et observaturum integre omnes pœnitentias quæ mihi impositæ sunt, aut imponentur ab hoc Sancto

Officio. Quod si contingat meis promissionibus, protestationibus, et juramentis (quod Deus avertat) contraire, subicio me omnibus pœnis ac suppliciis quæ a sacris canonibus et aliis constitutionibus generalibus et particularibus contra hujusmodi delinquentes statuta et promulgata fuerunt: sic me Deus adjuvet, et Sancta ipsius Evangelia, quæ tango propriis manibus.

Ego Galilæus Galilæi supradictus abjuravi, juravi, promisi, et me obligavi ut supra, et in horum fidem mea propria manu subscripsi præsentì chirographo meæ abjuratiōnis, et recitavi de verbo ad verbum. Romæ, in Conventu Minervæ, hac die 22 Junii, anni 1633.

Ego Galilæus Galilæi abjuravi ut supra manu propria.

APPENDIX B.

BELLARMINE'S CERTIFICATE.

Noi Roberto Cardinale Bellarmino havendo inteso che il Sig. Galileo Galilei sia calunniato, o imputato di havere abjurato in mano nostra, et anco di essere stato per ciò penitenziato di penitenzie salutari; et essendo ricercati della verità, diciamo che il suddetto Sig. Galileo non ha abjurato in mano nostra, ne di altri qui in Roma, ne meno in altro luogo che noi sappiamo, alcuna sua opinione o dottrina, ne manco ha ricevuto penitenzie salutari, nè d' altra sorte: ma solo gli è stata denunziata la dichiarazione fatta da Nostro Signore, et publicata dalla sacra Congregazione dell' Indice, nella quale si contiene, che la dottrina attribuita al Copernico, che la terra si muova intorno al sole, e che il sole stia nel centro del mondo senza muoversi da oriente ad occidente, sia contraria alle Sacre Scritture, et però non si possa difendere, ne tenere. E in fede di ciò habbiamo scritta e sottoscritta la presente di nostra propria mano: questo dì 26 di Maggio 1616.

Il medesimo di sopra

ROBERTO CARD. BELLARMINO.*

* From Marini, *Galileo e l' Inquisizione*, pp. 101, 102, with M. l'Épinois' corrections.

APPENDIX C.

MONITUM SACRÆ CONGREGATIONIS AD NICOLAI COPERNICI LECTOREM, EJUSQUE EMENDATIO, PERMISSIO, ET CORRECTIO.

Quamquam scripta Nicolai Copernici, nobilis astrologi, de mundi revolutionibus prorsus prohibenda esse patres Sacræ Congregationis Indicis censuerunt, ea ratione, quia principia de situ et motu terreni globi Sacræ Scripturæ ejusque veræ et Catholicæ interpretationi repugnantia (quod in homine Christiano minime tolerandum est) non per hypothesim tractare, sed ut verissima adstruere non dubitat: nihilominus quia in iis multa sunt reipublicæ utilissima, unanimi consensu in eam iverunt sententiam, ut Copernici opera ad hanc usque diem impressa permittenda essent, prout permiserunt, iis tamen correctis, juxta subjectam emendationem, locis, in quibus non ex hypothesi sed asserendo de situ et motu terræ disputat. Qui vero deinceps imprimendi erunt, non nisi prædictis locis ut sequitur emendatis, et hujusmodi correctione præfixa Copernici præfationi, permittantur.

Locorum, quæ in Copernici libris visa sunt correctione digna emendatio.

In præfatione circa finem.—Ibi *si fortasse* dele omnia, usque ad verbum *hi nostri labores*; et sic accommoda *cæterum hi nostri labores*.

In capite vi. libri i. p. 6.—Ibi *si tamen attentius*. Corrige *si tamen attentius rem consideremus, nihil refert an terram in medio mundi, an extra existere quoad solvendas celestium motuum apparentias existimemus. Omnis enim, &c.*

In capite viii. ejusdem libri.—Totum hoc caput posset expungi, quia ex professo tractat de veritate motus terræ, dum solvit veterum rationes probantes ejus quietem. Cum tamen problematice videatur loqui, ut studiosis satisfiat, seriesque et ordo libri integer maneat emendetur ut infra.

Primo, pag. 6, dele versiculum *cur ergo* usque ad verbum *prochimum*, locusque ita corrigatur. *Cur ergo non possum mobilitatem illi formæ suæ concedere, magisque quod totus labatur*

mundus, cujus finis ignoratur, sciri que nequit, et quæ apparent in cælo, perinde se habere, ac si diceret Virgilianus Æneas.

Secundo, pag. 7, versiculus *addo* corrigatur in hunc modum: *addo etiam difficilius non esse contento et locato, quod est terra, motum ascribere, quam continenti.* Tertio, eadem pagina, in fine capitis, versiculus *vides* delendus est usque ad finem capitis.

In capite ix. pagina 7.—Principium hujus capitis usque ad versiculum *quod enim* ita corrige: *Cum igitur terram moveri assumpserim, videndum nunc arbitror, an etiam illi plures possint convenire motus. Quod enim, &c.*

In capite x. pagina 9.—Versiculum *proinde* corrige sic: *Proinde non pudet nos assumere. Et paulo infra, ibi, hoc potius in mobilitate terræ verificari,* corrige: *Hoc consequentur in mobilitate terræ verificari.* Pagina 10, in fine capitis, dele illa verba postrema: *Tanta nimirum est divina hæc Dei optimi maximi fabrica.*

In capite xi.—Titulus capitis accomodetur hoc modo: *De hypothesis triplicis motus terræ, ejusque demonstratione.*

In libro iv. capite x. pagina 122.—In titulo capitis dele verba, *horum trium siderum,* quia terra non est sidus, ut facit eam Copernicus.

FRATER FRANCISCUS MAGDALENUS CAPIFERREUS,
Ordinis Prædicatorum, Sacræ Congregationis Secretarius.

Romæ, ex typographia Cam. Apos. 1620.

POSTSCRIPT.

I would add to my argument the following evidence that the decree of 1616 was actually sanctioned by a Papal Bull. In 1664 an Index was published by order of Alexander VII. It contained: (1) a catalogue of prohibited books; (2) the Tridentine Index as promulgated by Clement VIII.; (3) all the decrees relating to the prohibition of books up to the 20th of February 1664. Among those decrees was the 'Quia etiam

ad notitiam ;' and affixed to the Index was a Bull beginning, 'Speculatores Domus Israel,' in which the Pope said :

'Quamvis autem ulteriorem classium distinctionem omitti jusserimus, hactenus tamen observatam retinendam censuimus, ut citarentur in cujusque Libri confixione, ubi opus est, hujusmodi classes, et Appendices una cum Decretis, quibus primum Libri confixi fuerunt, quo rei ab initio gestæ series innotescat. Quam etiam ob causam Indices Tridentinum et Clementinum, una cum suis appendicibus Indici huic generali adjiciendos curavimus, *simulque omnia Decreta ad hæc usque tempora* in hac materia post prædicti Clementis Prædecessoris Indicem emanata, ne quid omnino, quod curiosæ fidelium diligentiae prodesse posset, omissum videretur. Quæ omnia cum juxta mentem nostram diligenter et accurate fuerint exequationi mandata, composito Indice generali hujusmodi, cui etiam Regulæ Indicis Tridentini cum observationibus et instructione memorato Indici Clementino adjectis appositæ fuerunt: Nos de prædictorum Cardinalium consilio eundem Indicem generalem, sicut præmittitur jussu nostro compositum atque revisum, et typis Camerae nostræ Apostolicæ jam impressum, et quem præsentibus nostris pro inserto haberi volumus, *Cum omnibus et singulis in eo contentis auctoritate Apostolicâ tenore præsentium confirmamus et approbamus*, ac ab omnibus tam Universitatibus, quam singularibus Personis, ubicumque locorum existentibus inviolabiliter et inconcusse observari mandamus, et præcipimus, sub pœnis in Constitutione rec. mem. Pii P.P. IV. . . . Mandantes propterea omnibus et singulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et aliis locorum Ordinariis, necnon delectis filiis eorum Vicariis, et Officialibus ac Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, et Regularium cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Superioribus, omnibusque aliis, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet spectabit, ut hunc generalem Indicem vulgandum et observandum pro viribus curent: memores ad officii sibi commissi munus pertinere, ut oves Dominici gregis tam a pabulis perniciosis arceantur, quam salutaribus impleantur, a quo si (quod absit) per malitiam aut negligentiam cessent, omnium malorum, quæ inde gravissima et maxima oriri necesse

est, districtam sibi apud severum Judicem reddendam esse rationem. . . . Dat. Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die v. Martii MDCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Nono.'

I beg the reader to bear in mind that the theory I combat is, I believe, at variance with the sense of the majority of educated Catholics.

THE END.

LONDON :

ROBSON AND SONS, PRINTERS, PANCRAS ROAD, N.W.

